



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

VIII. Est iustificator noster.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

& ascendens super asinam, & super pullum filium asinae.

VERITAS. Matth. 21. 5. Dicite filiae Sion: ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subingulis. Luc. 1. 30. 31. 32. 33. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum: ecce concipies in utero, & paries filiū, & vocabis nomē eius Iesum; hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Jacob in aeternū, & regni eius nō erit finis. Ioan. 1. 49. Respondit ei Nathanaël, & ait: rabbi tu es filius Dei, & tu es rex Israël. Ibid. 12. 14. 15. Et inuenit Iesus asinum, & sedit super eum sicut scriptum est: noli timeere filia Sion: ecce rex tuus venit sedens super pullum asinae. Cap. 18. 36. 37. Respondit Iesus regnum meum non est de hoc mundo, si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utiq; decertarent ut non traderer Iudaeis: nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaq; ei Pilatus. Ergo rex es tu? Respondit Iesus. Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundū, ut testimonium perhibeam veritati: omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Plura titul. Dominus, & titul. Rex in thesauro nostro Biblico.

## CAPVT VIII.

Christus est iustificator noster.

**R**oman. 3. 22. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eum.

in eum: non enim est distinctio. Vers. 24. 25. 26. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quae est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiae suae, propter remissionem praecedentium delictorum in sustentatione Dei ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore: ut sit ipse iustus & iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi. Ibidem cap. 5. 1. Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum. Heb. 1. 9. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus praeparatibus tuis. Ex psal. 44. 8. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus tuus oleo letitiae praeparatibus tuis. Plura titul. Iustifico & Iustificatio in thesauro nostro Biblico.

## CAPVT IX.

Christus est legifer noster.

PROPHETIAE. Psalm. 83. 8. Etenim Dominus benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion. Isa. 2. 3. Et ibunt populi multi & dicent: venite & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex & verbum Domini de Ierusalem. Ibidem cap. 8. 16. Liga testimonium, signa legem in discipulis meis. Capit. 30. 20. Et dabit vobis Dominus panem arctum & aquam breuem, & non faciet anulare a te ultra doctorem.

K 4

iunius